Marbois 29 (444)

IN DEI NOMINE AMEN

Hoc est exemplum siue transumptum cuiusdam Breuis Ap.ci transumptati et copiati per me Antonium pauesium notarium infrascriptum ad petitionem et instantiam R.di P.ris fris Bar.i de Buxetto prioris Ecc.e S.te Marie coronate de Ancona penes ipm existen cuius quidem breuis ap.ci tenores infra sequuntur uidelicet.

PAULUS PP. III.s AD FUTURAM REI MEMORIAM. Rationi congruit et conuenit equitati ut que de Roman. Pontificis gratia processerunt licet eius superueniente obitu littere desuper expedite non fuerint, suum debitum sortiantur effectum. dudum siquidem cum ad notitiam fe. re. Clementis P.e vij predecessoris nri deuenisset quod dilecti filij confratres utriusq. sexus confraternitatis sub inuocatione Rosarij Beate Marie Virginis in quibusuis domibus ordinis fratrum predicatorum canonice instituta a pie me. Sixto IIII et Leone X. predecessoribus nris ne dum confirmationem eiusdem confraternitatis et augumentum sed et indulgentias quam plures et priuilegia no immerito obtinere meruerant idem Clemens predecessor eorundem predecessorum uestigijs inherendo dicos confratres a quibusuis excomunicationis suspensionis et interdicti alijsq. ecclesiasticis sententijs censuris et penis a iure uel ab homine quauis occasione uel ca latis siquibus quomodolibet innodati essent, ad effectum illarum dum taxat consequendum absoluens et absolutos fore censens, sub dat. vz octauo idus May Pontificatus sui anno undecimo dictam confraternitatem ac indulgentias et Priuilegia omnia per predecessores prefatos eidem confraternitati quomodolibz concessas et concessa ap.ca auctoritate approbauit confirmauit et roborauit ac firmum et robur perpetuu haberi uoluit. Et cum dus Sixtus in suis literis quas idem Clemens predecessor haberi uoluit pro expressis instituendo confirmauisset quod prefati utriusq. sexus confratres ad consequendu et integraliter obtinen predcas indulgentias pro earu totali assequtione teneren.t et obligarentur semel in die in honorem eiusdem Beate Marie Virginis integrum illius Psalterium perficere propter quod no nulli multitudine ac uarietate negociorn impediti id sibi difficilimu fore putantes ab ingressu dee confraternitatis seu dicti Psalterij recitatione sepius retrahebant et in amore christi ac eorum deuotione tepescebant. Idem Clemens predecessor ad aperiendum coelorum semitas et ut ipsi confratres ad id feruentius inducerent quo exinde facilius animar. suaru salutem consequi sperarent uoluit ac et ordinauit quod spatiu unius diei ad spaciu integre ebdomade ampliaret et dilataret et ad id ad quod muna die et in una uice fortasse tenebantur pro die dies et prouice uices assignauit et nihilominus illud idem consequerent ac si ritus antiquus integraliter seruatus fuisset cumq. idem Leo ordinando instituisset ac benigne concessisset quod quilibz ex dictis confratribus ubicumq. existen uisitando quinq. altaria cuiuscumq. eccl.e uel unum aut duo quinquies si quinq. deessent, easdem indulgentias integraliter consequerent ac si omnes alme Vrbis stationes peragendo circuissent. prefatus Clemens predecessor hoc idem dia auctoritate ap.ca similiter approbauit et confirmauit ac pro firmo et approbato esse et haberi uoluit et decreuit ac idem Clemens predecessor supradictis et addendo cum dus Sixtus predecessor omnibus presentibus tunc et futuris supra nominatis confratribus Rosarium in tres partes diuidendo uidelicet in tres quinquagenas singulis diebus pro qualibz quinquagena quinq. annos et totidem quadragenas indulgentiarum misericorditer relaxauisset et ex ap.ca benignitate ut predicti confratres ad huiusmodi deuotionis opera feruentius inducerent preter huiusmodi indulgentias omnibus utriusq. sexus confratribus Psalterium predictum modo supradicto per eundem Clementem predecessorem concessum recitantibus annos duos uere indulgentie eadem auctoritate concessit. Non obstantibus quibusuis constitutionibus et ordinationibus ap.cis ceterisq. contrarijs quibuscunq. Ne autem de absolutione approbationibus confirmationibus roboratione uoluntatibus ordinatione decreto concessione et alijs premissis pro eo qd. super illis dicti Clementis predecessoris eius superueniente obitu lre confecte no fuerunt ualeat quomodolibet hesitari ipsiq. confratres illorum frustrentur effectu. Volumus et similiter ap.ca auctoritate predicta decernimus qd. presentes lre ad probandum plene easdem absolutionem approbationes confirmationes roborationem uoluntates ordinationem decretum et concessione ac alia p.dicta ubiq. sufficiant nec ad id probationis alterius adminiculum requirat. Datum Rome apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die tertia Nouembris M D XXXIIII pont. nri anno primo. L. de torres. Car. Accurrius. ommisso sigillo anuli piscatoris.

Ego Antonius Pauesius Anconitanus publicus ap.ca ac imperiali auctoritate notarius supradictum exemplum copia siue transumptum supradicti breuis ap.ci de suo originali de uerbo ad uerbum fideliter copiaui et transumptaui et in hanc publicam formam redegi et una cum S. Berar.o Pauesio anc.o diligenter auscultaui nil addens uel minuens qd sensum mutet uel intellectum uariet nisi forte punctum uel syllabam quam calami uelociter forte dimiseram, et si quid supra cassum uel remissum appareret id propria manu cassaui et remissi non dolo sed per errorem. Quapp.e Excellen. ac eximi.s I. V. doc. Dns Nicolaus Pharpharus sabinas Mag.ce ciuitatis Ancone et Ap.cus Locumtenens generalis sedens pro tribunali ad eius solitu tribunal positum in palatio sue residentie quod Palatium positum est in eadem ciuitate in parr.a S.ti Egidij in terreno Eusebij de Bonuellis prouxore uias publicas et alia latera qui prefatus Mag.cus D. L. T. ut s. sedens et uiso suprad.co Exemplo siue transumpto habitaq. a me Antonio pauesio copiatore et transumptore p.d.co sufficienti fide et S. Berar.o pauesio auscultator infrascripto suam et S.mi D. N. Pauli pp tertij et R.mi ac Ill.mi D. D. Rodulphi Pij de Carpo Car.lis et Prouincie Marchie Anconitane et de later legati interposuit auctoritatem pariter et decretum nec no pronunciauit huic copie seu transumpto tantam fidem adhiberi quanta suo originali prestaretur et daret. Sub annis Dni mille quingentesimo quatragesimo secundo inditione quintadecima tempor S.mi in xpo Pris et dni Nri D. PAULI diuina prouidentia pp.e tertij die uero XVij mensis Augusti. Presentibus Marcant.o britio de Esinis et S. nicolao Ferragallo de brintonorio tes.bus ad hec uocatis habitis et rogatis.

Et Ego Bernardinus Pauesius Anconitanus Publicus ap.ca auctoritate Notarius sup. dictum Exemplum seu transumptum s. dci Breuis App.ci una cu s. scripto S. Antonio Pauesio Copiatore de uerbo ad verbum fideliter auscultaui et utrumq. concordare inuenimus interpositioniq. auctoritatis et decreti sup. dci Mag.ci Dni L. T. interfui et rogatus subscripsi et publicaui signum nomenq. meu apposui consuetum Sub dco Anno dni inditione et pontificatu die mense loco et testibus quibus supra etc.

Anconitani Ciuitatis } Ancone

Fidem facimus et Attestamur qualiter supradci S. Antonius Pauesius et S. Bernardinus Pauesius de Ancona sunt Notarij publici, Legales et fide digni, qui in dca Ciuitate Ancone Tabellionis officiu pub.ce ac fideliter exercent, quoru scripturis ab omnibus fides indubitata adhibet. Dat. Ancone XViij Aug.ti 1542.

Jo: Paulus de Castro Canc.s

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877962023-14/fragment/page=0001

Pauli P.P. III.

17

~~Julij~~ 1534. 18 Aug.

Transumptu Brevis Societati Rosarij

Conceditur quod Confratres Rosarij possunt illud in tres partes dividere recitando 3 partes 5 quinquagenas per qualibet vice non obstante

30,4

Morbio Z9 (44)

Morbio Z9 (44)

1534 = 3 Novembre Gilari